



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

206. Exhortatio Christi ad rectè utendum talentis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

*D. N. IESV CHRISTI. 190*

patiuntur propter iustitiam : quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Matth. 5. Vers. 8. 9. 10.*

*I V.* Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me. *Matth. 5. & 11.* Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum, propter Filium hominis. *Luc. 6. & 22.* Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo: *Luc. 6. & 23.* copiosa est in cælis. *Matth. 5. & 12.* Secundum hæc enim faciebant Prophetis Patres eorum. *Luc. 6. & 23.* Sic persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. *Matth. 5. & 12.*

**MEDITATIO CCVI.**

*Didagma XII. Exhortatio Christi ad rectè utendum talentis.*

**I.** Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet: ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *Matth. 5. & 13.*

**II.** Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita; neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub

mo-

modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. *Matth. 5. v. 14. & 15.* Nemo lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. *Luc. 8. v. 16. & cap. 11. v. 33.*

III. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. *Matth. 5. v. 16.* Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo, quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. *Luc. 8. v. 17. & 18.*

## MEDITATIO CCVII.

*Didagma XIII. Christus non venit solvere legem, sed implere.*

I. **N**olite putare, quoniam veni solvere legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere. *Matth. 5. v. 17.*

II. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, jota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. *Matth. 5. v. 18.*

III. Qui ergo solverit unum de mandatis

man  
min  
rum  
gnus  
vers.

F  
verit  
& Ph  
calo

M

A

erit j

II

qui ir  
thes.

II

ca: re

Fatue

vers.

M